peras eloquencia Sed neque
monachum tam astutum neque
gallum decet esse tam calli-
dum Verum aggredere pocius
et quod te manet explica
Dimissum enim diu alias res
agentes consummimus tempus
et iam solis occidui umbra
prolixior monet non multum
demum nocte superesse de-
inde cum paululum omnes
conticuissemus gallus ita ce-
pit Cauendum michi imprimis
esse arbitror ne ea de mar-
tini virtutibus repetam que
in libro suo sulpicius iste me-
morauit Unde prima illius
interim militando gesta pre-
tereo Neque ea attingam
que laicus egit ac monachus
nec vero audita ab aliis
pocius quam que vidi ipse
dicturus sum

Explicit liber
primus

Capitula secundi libri dialogi seueri

1
Ubi intra amsibalum sibi
tunicam latenter eduxit
et paupere uestiuit 2
Ubi cum altare benediceret
globus igneus de capite
illius uisus est emicare 3
Ubi euanthium grauissima
egritudine uel mortis per-
iculo liberauit et puerum
illius a serpentis morsu iam
exanime tactu suo sanauit
Ubi cum militares uiri cum 4
reda uenientes ceciderunt
quibus supplicantibus ueniam
clementer indulsit 5
Ubi dicit non illam in epi-
scopatu uero unum uirtutum
graciam se habuisse quam
prius habuerat et quod
antea duos mortuos uite
restituerit in episcopatu uero
unum et qualiter suscitatus
sit exponit 6
Ubi ei ualentinianus impera-
tor adsurgere non est dig-
natus ipsam sellam regiam
ignis operuit cui postea
munera multa obtulit sed
ille cuncta reiecit 7
Ubi maximus imperator
et coniunx sua remotis
omnibus ministris ei prebuerit
conuiuium et racionem dat
quapropter id adquieuerit